

SALAMANCA

LIBANII

SOPHISTAE GRAECI
dedamatiunculae aliquot, ex-
demq; Latinæ, per DES.
ERASMVM ROT.

Cum duabus orationibus
Lysiae itidem uersis, in-
certo interprete, &
alijs nonnullis.

*Cause lege propter verbo-
num Dendrij Cratini*

IN INCLYTA BASILEA
ex aedibus Io. Frob. Mense
Martio. Anno M. D. XXII.

L. Del Colag. - M. del. 1582





REVERENDO IN

CHRISTO PATRI NICOLAO RUTERIO,

episcopo Atrebatenſi , insignis ac florentissimæ Lo
uanienſis Academiac cancellario , illustriss.
archiducis Austriae Philippi consi
llario, S. D. ERA/
SMVS ROT.



VM NUPER eſsem declamationes aliquot Græcas nauctus , præſul ampliſſime , eis q̄ uertendis periculū de me ipſo facere ſta-
tuſſem , quantum in utriuſq; linguaſe faculta-
te feciſſem operæ preſcium , circūlpiſſenti mi-
hi , cui potiſſimum hoc progymnaſmatiſ cō-
ſecrare , tu primus , atq; adeo ſolus , occurriſti . Cui em̄ potius ,
etiam ſi nihil aliud , conuenit ſtudiorum noſtrorum prouen-
tus appendere , quām huius florētiſſimæ ſcholæ cancellario ,
id eſt omnium ſtudiorum moderatori , ac principi perpetuo :
Huc igitur ſponte eunti , multum & fiducia & animi addidit ,
cum paſſim per ora mortalium uolitans tuarum uirtutum fa-
ma , tum præcipue hospitis mei Ioannis Paludani , hominis do-
ctiſſimi atq; humaniſſimi penè quotidiana prædicatio , qui mi-
hi totius animi tui ſimulachrum quoddam abſolutum ita de-
pinxit oratione , ut nullus Apelles corporis figuram penicillo
expreſſerit euidentius . Atq; inter innumera tua decora , illud
in primis memorabile , quod cum perpaucis mortalium conti-
getit uni principi diu placuisse , tu singulari quadam ſapientia ,
raraq;

D. ERASMI AD RVT. EPI8. EPIST.

raraq; morum dexteritate, quatuor iam Burgondionum duci
 bus, alij post alium, sic perpetuo placuisti, placesq; ut nullus in
 ter aulicos proceres tantundem gratia floreret, autoritate pol
 leret, sapientia prospiceret, consilio prodesset. Q uum interim
 usu tam longo nihil unquam de tua synceritate aula detriue
 rit, tu semper aliquid de illius moribus emendaris. Nec minus
 insignis illa tua laus, quam ea quam uni Nestori tribuit Homer
 us, quod incorrupta tua in agendo integritas, simplex in dicē
 do libertas, semper fuit principibus gratior, multitudini popu
 larior, quam aliorum obsequiosa assentatio. Quid ego iam re
 feram, toties obitas summa cum laude legationes, quae quidē
 faciunt, ut apud exteris quoq; longe lateq; solis instar, tui no
 minis splendor sit propagatus? Quid amplissimos honores,
 non tam fortunæ munera, quam virtutum tuarum præmia,
 quos omnes ita gessisti, gerisq; ut longe plus illis per te, quam
 tibi per illos, dignitatis accesserit: neq; tam tu honoribus, quam
 te honores felices esse uideantur. Verum hæc quidem, quia
 sunt amplissima, deterre poterant, nisi me illa rursus inuita
 rent, quod audio te, ut literis ac pietate insigniter esse præditū
 ita omnes, in quibus egregium aliquod probitatis, aut doctri
 nae specimen eluceret, singulari semper amore complecti, effu
 sissima beneficentia solere prosequi. Neq; prorsus alium mul
 tis iam seculis extitisse, qui pari, atq; tu, studio, libertate, dimica
 tione, inuidiæ contemptu, tum ecclesia, tum studiorum digni
 tatem, fortunasq; tueretur. Adeo quicquid facultatis, uel tua
 tibi fortuna largita est, uel peperit industria, id totum ad ornā
 dos, iuuandos prouehendosq; probos, ac doctos uiros cōfer
 re gaudes. Hæc quidem, & cum his alia plurima ubi cognouis
 sem, pater humanissime, cum ultro mihi iam dudum ardebat
 animus, tum hospitis adhortatio, quasi currenti calcar accessit,
 ut tuam amplitudinem mihi quoquo modo demererer. Au
 xit insuper fiduciam, quod recordarer olim, ut refert Plutar
 chus, tenuem quandam ac plebeum hominem, donato, præ-
 Ex Apoph
 thegnatis.
 Plutarchi.

Nestor in
consilijs &
liber & gra
tiosus.

A 2 grandi



PRIMA EXPERIEN/
tia in uertendis Græcis.

DECLAMATIO

LIBANII SOPHISTAE SVB PERSONA
Menelai, pro cōcione Troianorum, Helenā
& res repetentis, ni reddat, armis iniuriam
ulturum se denunciantis, Latina fa
cta, DES. ERASMO
ROT. interprete.



I QVIDEM Paris, uiri Troiani, uel ullam æqui boniq; rationem habere uoluisset, nihil in prælenti opus erat, neq; concione, neq; armis, neq; legatione: sed tum nos domi rebus omnibus integris uersare mur, tum uestræ uobis fortunæ in tuto cōsisterent. At posteaquam ille rectum post habuit uoluptati, appulimus, Troiani, non quo quempiam in iuria uiolemus, sed uti quæ nostra ipsorum sunt recipiamus, utiq; si licebit. Itaq; Græcorum quidem exercitum è mœniibus nimirum conspicitis, ac multitudinem oppido quam ingentem, & apparatum haud mediocrem: nos tamen adeo cauendum nobis, prospiciendumq; putauimus, ne quid præter æquum committeremus, ut quum arma in promptu sint, uerbis prius uti maluerimus: ut si qd ius est, id postulatione cōseq mur, protinus hinc facessamus: sin minus, tū uero quæ proxima sunt experiamur. Neque enim nostri est instituti, illico ad manus uenire: neq; rursum fieri potest, ut irrita legatiōe dimisi conquiescamus. Vobis iam in manu est, utrum malitis Paris dis uer



MELETH LIBA

N I' O Y Σ O F I S T O Y.



Ι μὴν εἰβάλειτο ἀλεξανδρίος, τὸ γῆωε, καὶ μετὰ μικρὸν ἔιναι δίκαιος, οὐ τὸ ἐκκλησίας νῦν ἔμεινε, οὐδὲ ὅπλωμ, οὔπε πρεσβείας. Αλλὰ μέσε τὸ ἄρ σοικοι διετρίβομέν πᾶσι ψαγμοῖς, οὐδὲ τὸ ἄρ τέλος φόβωμ καθαίτικα τὰ πράγματα. Εἰ πειδὸν δὲ τὸ δίκαιον τὸν
ζυρὸντέραμ πεποίητε φίλοντας, μικρόν μὲν, τὸ γῆωε, αδικίαν συντει μονὸν ὄυδένα, τὰ δὲ ἡμέτερα ἀντίνομοισι, ξέρε πρᾶξα ἔξη. Τὸ μὴν οὖσα σρατόπεδον τὸν ἀχαϊῶν ἀπὸ τῆς τεχνῆς ὁρᾶπε μέση, οὐδὲ τὸ πλάνησος ὄστρον, οὐδὲ φίλοντας τὸ μέγεθος. Ήμεῖς δὲ τοσαύτᾳ προνοίᾳ χρώμενα, τῷ μηδὲμ ἀνεπιεικεῖσινειρῶντες. Οἱ τὰ ὄπλα προασκήσαντες, προτέροις γνώμεθα τοῖς λόγοις. Υἱὸν μὲν ἀπὸ τῆς πρεσβείας τοῖς δίκαιοις προαχρήμα καδίσασθε τὸν ἡμετέρωμ πρόπωμ, ἀπράκτης δὲ φίλοι πρεσβείας ἀφελεῖσθε, οὐδὲ χάριτας οὐκ ἔνεσιμ. Εἴσι τοις οὐδὲ ἐφ οὐδὲ μέρος, οὐδὲ πλείονθε ποιήσασθε τὸν ἡμονὸν Δλεξάντρον.

LYSIAE ORATIO INCERTO INTERP.

Nam si quidem fieri potuisset, ut hi qui belli discrimina effugissent, reliquum tempus aeterni forent, dignus profecto esset, ut uiui interemptos in omnem uitam lugerent: nunc autem, & natura ipsa, tum morbis, tum senectuti obnoxia est. Et genius qui nostrum fatum sortites est euitari nullo quidem pacto potest. Decet igitur quam felicissimos hosce arbitremur, qui proximis pulcherrimisque facinoribus dimicantes, itaque die obeuntes, neque de se fortunae decernendum permisere, neque maturam mortem expectarunt: quin praeclaram potius elegerunt. Et enim ipsorum memoriam nulla unquam delebit obliuio. Honores autem huiusmodi sunt, ut apud omnes homines sint quod comedatissimi, mortales autem celebabantur, perinde atque uirtute immortales. Nam & publice humari meruere. Et in ipsorum latus uirium sapientiae opumque certamina constituta sunt. Quasi hi qui in bello perierint, iisdem sint honoribus honestati, quibus immortales deos prosequimur. Ego itaque istos beatos esse duco quod huiusmodi letuna obiere, & admiror admodum uehementer, hisque mortalium solis optime consultum ceseo, qui cum essent mortales corporibus, immortalē uirtute memoria reliquere. Veruntamen priscos ritus seruemus, ac pro patrijs legibus sepultos deploremus necesse est.

LYSIAE ORATIONIS FVNEBRI FINIS.

ORDO AVTORVM ET DECLAMATIONVM seu orationum huius libri.

Libani⁹ declamationes III.

Isochristi orationes II.

Luciani declamationes II.

Lysiae orationes II.

APVD INCLYTAM BASILEAM IN OF-
ficina Io. Frobenij Cal. Maij. AN. M. D. XXII.

ΛΤΣΙ' ΟΓ Ε' ΠΙΤΑΦΙΟΣ ΑΟΓΟΣ.

Εγώ διόρτε τε ἔπειτας τὸν δὲ πολέμῳ κινδύνῳ διαφυγόσημος
θαυάτους ἔνομε δέ λόιπόρ μεγόνομ, ἀξιούμενος γένοται τῷ απανταχόντι
τοῦ πενθεῖτον τελείωτας. ταῦτα δέ εἴ τε φύσις καὶ νόσων οὐ πάθει γένεται,
περιάλλοι πάθει μόνον τὸν θεμέτερον μοίραν οὐληχώς οὐαραμάτητες. ὃς
περιστήκει τότες οὐδεμόνεστά τοις οὐ γένεται, οἱ οὐεις οὐπέρι μεγίστωρ Κα
καδίσωμ κινδύνεις στρατεύσας, οὗτοι τῷ βίοι τελεύτης, οὐκ αἰτίας τον
τοις προτετέλει τῇ τύχῃ, διότι δέ οὐδεναπείναντες τὸν αυτόματον θάνατον, ἀλλ
λέκεται μενοι πόρον καλλιστούμενοι, καί τοι γένεται γένεσις, οὐδενί οὐδενί^{το}
μαλα, γηλωταί δέ οὐδενός πάντων οὐδενός τοις οὐδενός οὐδενός. οὐ πενθεῖται τῇ
διά τε πάλιν φύσιμως θεντρί, οὐδενός τοις οὐδενός οὐδενός τοις οὐδενός.
καὶ γάρ τι θάψοντας μημονεῖσθαι Καταγόνες τίθενται οὐδενός, γέρωντες
καὶ σοφίας καὶ πλάτους, οὓς ἀρχόντες οὖντας τὸν δὲ πολέμῳ τετελε
λεύτηκότας ταῖς ανταῖς οὐκατίτης οὐδενός τοις οὐδενός οὐδενός. Εγὼ δέ
οὖτε οὐτοις οὐτε μακαρίζω Φθιανέτας οὐτε γναλῶ, οὐδενόνοις οὐθεώπωμος δι-
μαλα ηγετῆσιν οὐνοματεράς οὐτε γενέτης οὐτε θυντῶν σωμάτων έτυχομ,
οὐδενός τοις οὐδενός τοις οὐδενός τοις οὐδενός τοις οὐδενός τοις οὐδενός τοις
κατάλιπον οὐδενός τοις οὐδενός τοις οὐδενός τοις οὐδενός τοις οὐδενός τοις οὐδενός.

ΛΤΣΙ' ΟΓ ΤΟΥ ΡΗΤΟΡΟΣ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΟΡΙΝ-
ΕΙΟΙΣ ΒΟΗΘΩΝ ΕΠΙΤΑΦΙΟΥ ΤΕΛΟΣ.

ΕΝ ΤΗ ΕΠΙΣΗΜΟΤΑΤΗ ΤΩΝ ΡΑΙΡΑΚΩΝ ΒΑΣΙΛΕΙΑ, ΡΑ-
ΡΑ ΓΙΩΑΝΝΗ, ΤΩΝ ΦΡΔΒΕΝΙΩΝ, ΤΩΝ ΤΙΦΟΓΡΑΦΩΝ

